

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Caro siue corpus d
cum fontibus primis

Corporis debilitas nimia etiam uires anime frangit,
mentis quoque ingenium marcescere facit.

Quicquid cum modo et temperamento fit, salutare est.

Corporis debilitas nimia etiam uires animae frangit,
mentis quoque facit ingenium marcescere,
nec ualet quicquam boni per inbecillitatem perficere.
“Ne quid nimis,” nam
quicquid cum modo et temperamento fit, salutare est;
quicquid autem nimis et ultra modum est,
perniciosum fit studiumque suum in contrarium uertit.

Isidorus Hispalensis, *Sententiae*, 2.44.15-16 (CCSL
111, P. Cazier ed., p.193, ll.76-82).

Optimus in omni re modus,
laudabilis ubique mensura.

Ieronymus in epistola quadam.

Optimus est in omni re modus,
et laudabilis ubique mensura.

Pelagius, *Epistola ad Demetriadem*, 21 (PL 33,
col.1114).